sionibus Suspensionibus, fatalibus Iuris, praescriptione
Terrestri, bello Conventioneque, ac alijs omnibus Iuris
remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio
quouis eluadendo. Haec sua praesenti personali Reco-
gnitione ad praemissa omnia mediante.

Ortynski Consorti Reformat

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus
779 Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis
Nicolaus Ortynski, olim Nobilis Iacobi Ortynski, cum
olim Nobili Theodozia Swohorska Consorte eius le-
gitima procreatus filius, sanus mente et corpore existens
a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque
suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo
praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemislien-
si Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se, ac
Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus to-
taliter et plenarie incorporando atque subijciendo
palam, libere, publice, ac per expressum recognouit.
Quia ipse Quia ipse Nobili Eua Czaykowska
olim Nobilis Wasko Czaykowski cum Nobili olim He-
lena Komarnicka Consorte ipsius legitima procreatae filiae
sui vero Recognoscentis Consorti Legitimae eiusque Po-
steris Summam Viginti Quinque Florenorum Polonica-
lium ratione vero dotis et expeditionis post ipsam ac-
ceptae et in domum suam importatae nec non aliam Simi-
lem Summam Viginti Quinque Florenorum Polonicalium
ratione certi, veri, iusti, et liquidi dotalitij in et super
tota et integra medietate Bonorum suorum generaliter
omnium hereditariorum et obligatoriorum mobilium

et immobilium summarumque quarumvis pecuniariarum nec non auri, argenti, clenodiorum, unionum margaretarum, vestium vestimentorum, stanni, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum, equitiarum, ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae dedit dotavit, dotalitiavit, inscripsit et reformavit prout dat dotat, dotalitiat, inscribit et reformat praesentibus, per ipsam Nobilem Evam Czaykowska sui Recognoscentis Consortem Legitimam et ipsius Posteros eandem medietatem Bonorum suorum generaliter omnium cum universis ipsorum utilitatibus et usufructibus, competentiaque et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad usus suos, et suorum successorum quosvis bene placitos libere et effectualiter convertendi, rigore ac more aliarum Reformationum hactenus et de iure in Regno Poloniae observari solitarum.

Iidem Ortynscy mutuam advitalitatem sibi inscribunt.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus, Nobiles Nicolaus Ortynski olim Nobilis Jacobi Ortynski cum olim Nobili Theodosia Srokowska Consorte eius Legitima procreatus Filius ab una, et Eva Czaykowska olim Nobilis Wasili Czaykowski cum Nobili olim Helena Komarnicka Consorte eius procreata Filia, Coniuges Legitimi partibus ab altera, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis 1010